



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 8. De sexta specie Irregularitatis ex defectu Sacramenti, seu
digamia,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

vt habeat Couar. in memorato cap. 8. §. 1. num. 2. Altera est: vt marmonium publice, & non clandestine celebratum sit: altera, vt coniuges cōtrahant bona fide, id est, nesciant huiusmodi impedimentum. Quamquam satis est, vt alterater nesciat, iuxta cap. Ex tenore, & cap. Peruensit. Qui filii sint legitimi.

Idem iudicandum est, si positus his conditionibus matrimonium inualidum, existimetur validum ex errore iuris: dummodo error sit iustus, & probatibilis: ita vt bonam fidem producat: prout sit in dubia iuris decisione, de qua est controversia inter Doctores: quorum alij hanc, alij aliam diuersam opinionem profiteantur: quod etiam in citato §. 1. habet Couarr. num. 9. Ex quo in praecedentibus num. 5, 6. & 7. addit in hoc casu filios censori legitimos; non tantum eos qui generati sunt ante factam quæstionem de validitate matrimonij, sed eos etiam, qui posse generauntur lite contestata: sive concipientur ante laem sententiam, lita p̄dente: post latam sententiam, pendente termino decem dierum: qui à iure, per cap. Non solum, de appellationibus, in 6. datur ad appellandum: sive etiam pendente appellatione à sententia lata contra matrimonium ipsum. Eadem habet, & confirmat Maiolus lib. I. cap. 5.

Sextum est: Cum matrimonium inter infideles, sive paganos sive Iudeos contractum, valuit iuxta propriam ipsorum legem, etiam si inualidum fuerit iure Canonico: itales coniuges ad Christi fidem coheruantur, filios ex eiusmodi matrimonio natos, legitimos esse: ex cap. vltimo. Qui filii sint legitimi: neque matrimonium illud assumpta fide dirimitur ex cap. De infidelibus, De consanguinitate, & affinitate. Istud quoque obseruat Couarr. initio cit. §. primi.

Septimum est: Expositos, quando parentes ipsorum ignorantur, rutiis esse haberri pro illegitimis; quia quantumvis legitimis interdum exponantur ob parentum egestatem, vel ignauiam: id tamen non est ita frequens in eis, ac in illegitimis, qui s̄pē a parentibus exponuntur ad vitandam turpitudinis infamiam. Quamquam tamen probabile est, ordinatos bona fide (cum in dubia melior sit possidentis conditio) posse circa dispensationem exercere Ordinem suscepimus: vt notat Couar. ad Clem. Sifus. De homicidio 1. par. in initio num. 9. Et confirmatur ex eo, quod ipsos esse expositos nihil oſbit eis, iuxta cap. viii. De infantibus, & languidis expositis. Sed negandum non est, quin & tutius sit dispensationem petere: quā dare potest Episcopus, & qui non præsumitur probabilitatem illegitimus, vt docet Suarez in citata disput. 50. sect. 4. num. 4. hac maxime ratione nixus, quod in eo casu, sicut & in aliis non nullis, authoritas Praelati cum opinione probabili, sufficiat ad pacandam conscientiam.

Octauum est: Si est qui natus est in matrimonio legitimo, & se legitimum bona fide purat, à matre audit se illegitimus esse, nō teneri simpliciter dicenti credere, vt notat D. Anton. 3. partit. 28. cap. 4. paulo ante §. 1. Sylva verbo, illegitimus, num. 2. & Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 201. Neque enim in re tanti momenti tenetur, imo non debet permettere se ob leues suspicione detrahi de sua bona fide, sive promouendus ad Ordines, sive iam promotus. Adfertenti vero matri rationes tam multas, & tam probabiles vt sufficiant ad faciendum certam fidem, tenetur credere, & plane se pro illegitimo gerere, ex D. Anton. ibidem. Quod si tales adferat quæ tantummodo faciant filium dubium, an legitimus sit; is non debet quidem promoueri ad Ordines sine dispensatione: quia in dubiis pars优tior est sequenda: neque promotus exercere actum Ordinis (si conscientia motu intimo propendeat ad credendum mari allerent se illegitimus esse) donec ad caeruleam obtinuerit dispensationem: quia non licet contra conscientiam agere. Attamen si nullo interiori conscientia motu ad credendum propendeat: imo legitimum se esse credat; ne cabellinere, nec dispensationem petere tenetur: vt ex Panormit. ad cap. 1. De filiis presbyterorum, & ex Summis communis sententia refert Maiolus lib. I. cap. 7. ubi additum cum dubium est de iure an quis illegitimus sit, ipsum & à suscipientis Ordinibus, & à suscepitis exercendis debere abstinere, donec difficultas sit decisiva.

Nonum est: Ad hanc speciem irregularitatis posse reduci eam, cuius meminimus Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 205. & quæ hæretici, ac credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorumdem: ac filii ipsorum, filiorumque filii imponitur, per cap. Quicunque, §. Hæretici, De hæreticis in 6. Quod adverte intelligendum esse de filiis in paterna linea quoad i. & 2. gradum: & in materna, quoad primum tantum: itemq; de parentibus, qui tales mortui sunt, nam si ante mortem reconciliati fuerint Ecclesia, neque filii, neque nepotes ipsorum præmōteti prohibentur: quod utrumque habetur ex cap. Statutum felicis, eodem tit. & libro. Objecitibus autem, quod in illis capitulis sermo sit tantum de beneficiis, & officiis Ecclesiasticis. Respondendum est, id quidem verum esse: sed quia in ea maior ratio est Ordinū, quam illorum prohibitorum talibus p̄sonis, eo ipso quod ea excluduntur à beneficiis, & officiis, merito intelliguntur ab Ordinibus exclusa. Quamquam tamen existimat Henriquez in lib. 14. cap. 5. §. 4. quod si occulta fuerit heres aut in natione infecta pater decesserit in publica heresi absq; nota in fama; non videatur filius Catholicus fieri irregularis. Id quod Satyrus, in lib. 6. Thesauri casuum consit. cap. 10. num. 4. approbat. Quæ opinio, non caret probabilitate: vt licet colligere ex dicendis in sequenti nu. 193. versu Quamquam.

C A P V T . V I I I .

De sexta specie irregularitatis, ex defectu sacramenti, seu digamia.

S V M M A R I V M .

- 80 Irregularitas contrahitur ex digamia.
- 81 Tribus modis potest quis digamus esse, re, interpretatione, & similitudine: & quis re, ac quis interpretatione digamus dicatur.
- 82 Non est irregularis, qui ducit extra matrimonium corruptam, non ab alio, quam a se.
- 83 Est irregularis qui et si virginem duxerit, eam tamen in adulterium lapsam carnaliter cognovit.
- 84 Irregularis est quisquis cum duabus contrahit, etiam si alterum, aut virumque matrimonium sit inualidum: sicut & qui cum serua aut cum mima.
- 85 Duo requisita ad bigamiam vt inducat irregularitatem: unde nonnulla inferuntur.
- 86 Ratio cur quis fiat irregularis, contrahens cum corrupta, non item si ipse corruptus.
- 87 Quis dicatur similitudine digamus.
- 88 Nec Lucus, nec minoribus tantum Ordinibus initiatus, obnoxius est tali irregularitati.
- 89 Cum digamus, aut interpretatione, solus Papa dispensat.
- 90 Cum digamo similitudine potest nonnumquam Episcopus dispensare, etiam ad maiores Ordines.

D I G A M I A M efficeret hominem irregulararem, habetur ex cap. 3. prioris ad Timoth. per ea verba, Optet Episcopum interpres libilem esse, unius vxoris virum: & ex distin. 34. cap. 1. recipimus, cap. Si quis viduam, & cap. Lector. Item ex titulo De bigamis non ordinandis cap. 1. 2. & 3. ita vt sine dispensatione, ne quidem ad Ordines minores promoueri possit, nisi necessitas exigat, iuxta cap. Si Subdiaconus, eadem distin. 34. & Concil. Trident. sess. 23. cap. 17. De reform. Nec item possit aliquius Ordinis actionem exercere. Imo priuictum omni priuilegio Clericali, eique sub anathemate tonsura, & habitus clericalis prohibetur, in cap. vniq; De bigamis in sexto. Cuius irregularitatis imponenda, redundat haec causa. Prima & recipienda ex cap. Acutius, distin. 26. & ex cap. Debitum, De bigamis: quod his coniugatus non possit apte significare unionem Domini nostri Iesu Christi cum Ecclesia virginica, & sancta sponsa sua. Altera ex cap. Proposisti, distin. 82. quod bigamia sit signum incontinentia. Postrema ex cap. Vna distin. 26. quod ad castitatem persuadendam adimat auctoritatem: quodque excellentia Sacramenti Ordinis mereatur, vt bigamus ab eo arceatur.

80.

81. Tribus autem modis iuxta glossam ad cap. 2. De bigamis, verbo, In bigamis; receptam prout habet in Enchiride Nauarri cap. 27. num. 195. dicitur bigamus: re, interpretatione, & similitudine. Ac si quidem dicitur ille, qui habuit, & cognovit carnaliter duas legitimas vxores; sive ante, sive post baptismum vtramque aut alteram habuerit, ex cap. Acutius, & cap. Deinde distinct. 26. cuius ratio proponetur in seq. num. 90. Interpretatione vero ille digamus dicitur, qui non quidem vere, sed secundum interpretationem iuris duas uxores duxit: ut ille qui duxit viduam, ex cap. Si quis viduam 1. & 2. distinct. 34. & cap. 3. De digamus. Quod obiter aduterio non procedere, nisi matrimonium ipsum cum vidua initum, validum sit. De quo post Nauarrum Suarez tom. 5. disput. 49. sect. 3. §. Dubitatio vero. Dicitur praeterea interpretatione digamus, si qui duxit corruptum ab alio, ex cap. Curandum, distinct. 34. etiam si crediderit ullam fuisse virginem, cum non esset: eumque esse communem consensum explesit Couar. ad Clemen. Si furiosus, 1. par. §. 2. num. 2. versu. 3. Et ratio est, quam habet glossa ad cap. Nemo, distinct. 32. quod ex eo non desinat esse maritus corruptus ab alio.
82. Corruptum vero esse extra matrimonium ab eo solo, qui illam ducit, non efficeri hunc irregularis, idem Couarriuus ibidem consequenter docet; tum allatis pro ea sententia multis authoribus: tum hac ratione: quod talis fœmina non diuiserit carnem suam in plures: vtpote ab uno tantum cognita, qui eo nomine censeretur duxisse uxorem virginem cum matrimonio abstulerit præcedentis copulæ vitium: ex cap. Tanta. Qui filii sint legitimi. Quod autem glossa 1. ad cap. Maritum, distinct. 32. contrarium ex eod. cap. colligit, ideo non videtur necessarium: quod illic nomen concubina non de propria, sed de aliena accipi possit, tanquam ea, quæ per tale matrimonium, diuidet carnem suam.
83. Adhuc interpretatione digamus dicitur, irregularis que est ille, qui cum virgine quidem contraxit matrimonium, sed eam carnaliter cognovit, postquam adulterium commisit, ex cap. Si cuius, & cap. Si laici, distinct. 34. Quod procedit ex Nauar. in cit. at. 195. etiam si per ignorantiam ei tale quid contingere: & ex Couar. ad Clemen. Si furiosus 1. par. §. 2. num. 3. etiam si adulterum vxoret cognoverit per pœnitentiam sibi reconciliatam.
84. Addit Nauar. in eod. num. 195. (quod Suarez latius tractat tomo 5. disput. 49. sect. 2.) irregularis similiter censendum eum, qui cum una cōtrahit validum matrimonium, & cum alia inualidum: aut ob aliquod impedimentum inualidum cum duas contrahit; sive vtracq; viuente contrahat, sive altera mortua. Quod erat D. Anton habet 3. par. tit. 28. cap. 3. & confirmatur ex cap. Nuper, De bigamis: vbi Papa, etiam si exp̄re dicat talem non esse bigamum, ipsum tamen irregularis perinde facit, ac si vere bigamus esset. Sicut & per cap. Si quis viduam, 2. si qui cūserua, aut cum mina, seu publica fabularum aetrice matrimonium contraxerit (etiam si bigamus non sit, si illa fuerit virgo) perinde ac bigamus, tanquam vilis nimurum persona, irregularis efficitur: ut etiam notat Nauar. in sequent. num. 97.
85. Aduerte autem ex D. Thoma in 4. distinct. 27. quest. 3. art. 1. quæstiuula 1. ad 3. (quod etiam Nauar. habet in eodem cap. 27. num. 196.) bigamiam quæ irregularitatem inducit requirere coniunctionem, tum animorum per mutuum consensum contrahentium tum corporum per carnale copulam eorundem: quod est requirere matrimonium consummatum. Erprobatur ex cap. De bigamis, & ex cap. ultimo distinct. 34. Vnde inferimus primo, solam fornicationem, etiam cum vidua non inducere irregularitatem bigamie: quia bigamia non est, ut nomen ipsum indicat, absque matrimonio. Inferimus secundo, eidem irregularitatē minime subiici eum, qui plures habuit concubinas: sed unicam vxoret virginem duxit, ex cap. Quia circa, De bigamis. Tertio, nec eum qui duxit uxoret eam quæ matrimonio coniuncta fuit alteri, morte præuento, ante quam ipsa carnaliter cognosceret, ex cap. ultimo distinctione trigesima quarta, & ex cap. Debitum, De bigamis. Postremo nec eum qui contraxit qui-
85. idem cum multis, sed cum una tantum, & ea virgine copulam habuit, prout in fine citati num. 196. Nauar. exp̄lesit.
- Ratio vero, cur aliquis fiat irregularis ex bigamia si cōtrahat cum corrupta, non item si contrahat ipse corruptus, post D. Thomam, in cit. art. 1. in responsione ad tertiam quæstiuulam, à Sylvestro, verbo Bigamia num. 2. hæc redditur: quod contentus contahentis matrimonium non cadat super ipsum consentientem, sed super alterum coniugem. Non enim est institutus ad coniungendum aliquem sibi ipsi, sed alteri. Quo sit vir carnis in multis diuīs, quā collitur significatio vniuersitatis Christi cum vñica Ecclesia, non operetur defectum hunc Sacramenti, quem dicimus bigamiam, in ipso coniuge qui carnem suam in multis diuīs, sed in altero, qui ei matrimonio coniungitur, vnde inquit, D. Thomas, si mulier capax esset Ordinum, & virgo nup̄ possit viro corrupto, ac matrimonium cōsummaset, ab illis excluderetur tanquam irregularis ex bigamia interpretativa. De qua re Suarez in prius citata lect. 3. §. Hæc igitur.
- Similitudine demum bigamus vocatur is qui aliquo Ordine sacro insignitus, vel solemnī cōstitutis voto ad strictus contrahit, & consummat matrimonium; etiam cum vñica, & ea virgine, per cap. Quotquot, 27. quest. 1. & per cap. ultimo, De bigamis: Eius vero appellationis rationem hanc insinuat Palud. in 4. distinct. 27. quest. 4. art. 2. sub finem: quod talis post contractum matrimonium spirituale cum Christo, per professionem in religione approbata vel sacri Ordinis susceptionem, contrahat de facto alterum matrimonium carnale, & consummet. Inter quæ duo matrimonia similitudo est tantum, non identitas rationis matrimonij.
86. Laicum vero non esse irregularis, nec item eum qui initiatus tantum minoribus Ordinibus, contrahit matrimonium cum vñica & ea virgine: confirmat Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 195. quia nullum datur ius ex quo talis irregularitas habeatur, neque illa sit irregularitas nisi à iure, ex cap. Is qui, De fenten. excommunicationis in 6. De eo qui simpliciter tantum cōstitutis voto se Deo adstrinxit, perinde in hac re iudicandum est, ac de eodem non habente tale vōrum, cum iura irregularitatem imponant tantum ei qui Deo adstrictus voto solemnī cōstitutis, matrimonium contrahit.
- Quod attinet ad dispensationem in hac irregularitate, Nauar. in sequentiā nam. 197. ait omnium consensum esse, quod in ea quæ est ex bigamia vera, vel interpretatione, solus Summus Pontifex dispensare possit ad maiores Ordines. De quo videri potest Couar. ad Clemen. Si furiosus, 1. par. §. 3. num. 4. vbi id quod Nauarrus addit Episcopum in eadem irregularitate dispensare posse ad minores Ordines quoad vñum eorum iam suscepitorum, non item quoad susceptionem: ita admittit, vt contrarium (quodex D. Thoma, in verbo Bigamia, Sylvestri quest. 7. & Tabiena num. 7. tradunt) putat generi posse, quoties maxima subest dispensandi causa. Id quod non videtur similiter dicendum de eo quod illi iidem addunt, posse Episcopum ad maiores quoque Ordines cum bigamo dispensare, si religionem intraret velit. Namque id alienum est à communī Ecclesiæ praxi, qua Summus Pontifex plerisque Generalibus Religionum concedens facultatem cum suis dispensandi in irregularitate, solet excipere eam quæ est ex bigamia.
90. Iam quod Nauar. quoque addit communem item sententiam esse, quod cum bigamo similitudine, qui contraherit cum vñica virgine, possit Episcopum dispensare, confirmatur per cap. primum, Qui Clerici, vel videntes. Id quod ex glossa ad verbum, Dispensatiue, verum est, etiam de dispensatione ad maiores Ordines & suscipiendos, & susceptos administrandos: prout ex eodem cap. sat is intelligitur.
- Ceterum etsi solim dubium fuerit, nunc tamen teneri communiter, ex bigamia tam si ante, quam si post baptismum contigerit, irregularitatem contrahi. Pro quo texsus est in cap. Acutius, distinct. 26. vbi hæc ratio tangitur, quod

quod in eo qui plures habet uxores, siue ante, siue post baptismum habuerit, deest id quod requiritur ad significandam coniunctionem Christi cum unica Ecclesia, perinde ac mulier corrupta ante baptismum, deest id quod requiritur, ut inter sacras virgines numeretur.

112 Locus Concilij Tridentini in *sess. 14. cap. 7.* De refutatione,
ad hanc irregularitatem spectans, quo modo accipiendo
sit:

TITVLVS TERTIVS.

*De irregularitatibus quæ incurruntur
ex delicto.*

Ic est inter irregularitates quæ oriuntur ex facto, sine delicto numeretur proueniens ex homicidio licto: atque homicidij nomine, in quotidiano sermone, intelligatur tantummodo illud, Quod est cum culpa, quemadmodum notat *Caiet.* in verbo *Irregularitas*, hic tameo de ea sub præposito titulo agemus, quia cum nulla sit differentia physica inter vtrumq; homicidium (tam enim unum, quam alterum consistit in occisione hominis) irregularitates prouenientes ex eis, ob coniunctionem quam habent in causa sua proxima, declarantur communī explicacione: non obstante, quod sint diuersæ ob diuersitatem moralem eiusdem cause, possum in ratione iusti, & iniusti.

CAPVT IX.

*De irregularitate ex homicidio, qua comprehenduntur
tam septima species ex licto, quam
octava ex illicito.*

S V M M A R I V M

- 91 Mutilatio membrini in hacre equipollit homicidio: & quae corporis pars membrini nomine significetur.

92 Falsa est regula, Irregularem esse eum, qui alterum reddidit irregulariter.

93 Nomine mutilationis in hoc negotio, non comprehenditur membrum debilitatio.

94 Requisita ut quis censeatur incurrisse irregularitatem ex homicidio: ac primo, ut sit baptizatus, & mentis compos.

95 De ebrio. & amente quid sit tenendum in hac re.

96 Ex cuiuscumque hominis occidente, aut mutilatione irregularitas nascitur.

97 Occisionem, aut mutilationem oportet esse defacto, ad incurvandam irregularitatem: nec sufficit voluntas, etiam cum conatu.

98 Sufficere vero causam propinquam dedisse homicidio, vel mutilationi.

99 Quae censeatur causa propinqua quoad hoc negotium.

100 Quatenus ab irregularitate excusentur qui arma, aut venenavendunt, aut quae mortuantur milites ad pagnum.

101 Si homicidium, aut mutilatio non sequatur ex causa data, non incurritur irregularitas.

102 Quando irregularitas incurritur ex eo, quod causa detur ut quis citius morietur, aut miretur.

103 Ex aliorum sententia parum: & ex pietate cooperans, excusari potest ab irregularitate: & de infirmitate excusante.

104 Denecepsitate vitam defendendi excusante ab irregularitate.

105 Circa quam nonnulla sunt ponderanda: ac primo, virum alio modo potuerit vita defendi, quam occidendo, aut militando.

106 Deinde an seruatum sit moderamen in culpe et rutele.

107 Irregularitatem incurrit qui ad defensionem rerum suarum, immo & parentum, occidit vel mutilat.

108 Rationes in contrarium cum solutionibus: & casus in quo ipsum contrarium potest procedere.

109 Non est irregularis qui amicum ad vitam sua necessariam defensionem aduocat, si est aggressorem occidat.

110 Debet licita esse defensione, per quam occides, aut mutilans excusatus ab irregularitate.

111 Debet esse presentis vita periculum, ut censeatur adesse necessitas excusans ab irregularitate.

LATE patet hæc consideratio: ideoque in plura capita
est distingueda. In hoc persequemur communia, in
alii specialia;

Principio autem obseruandum occurrit, mūtilatio-
nem membris hominis quoad irregularitatem incurren-
dam, & equiparantur eis parem esse homicidio, prout Couat,
ad Clem. Si furiolus, *ratio iuris partis, num. 8.* exprelit;
post glossam eiusdem Clementinæ ad verbum *Mūtiler* vi-
bi in confirmationem, Clementinæ, ex qua aperte habetur,
adiungit nouem canones. Aduerte autem (quod Suarez
tomo 5. disput. 44. sest. 2. numer. 4.) habet, quia illæ irregu-
laritates equiparantur quidem, sed non sunt cædem, id
quod circa irregularitatem ex homicidio iura disponunt
spectans ad leuitatem, aut aliquam posse diminutio-
nem, accommodari ad irregularitatem ex mūtilatione;
quia fauores sunt ampliandi; spectans autem ad rigor-
em, non extendi; nisi ius ipsum id exprimat: quia in
equiparatis, aucta pena in maiori, non sequitur auctam
esse in minori. Sicque (*ritus item author addit.*) Congrega-
tio Cardinalium circa priuilegium Episcopis concessum
in Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. De reformat. dispens-
fandi in omni irregularitate occulta excepta proueniente
ex homicidio occulto: respondit eam exceptionem
tanquam rigorosam, non extendi ad irregularitatem ex
mūtilatione: ita vt possit Episcopus in ea dispensare si
fuerit occulta.

Cæterum, quoniam ad iudicandum de irregularitate
proueniente ex membris mutilatione, cognoscendum est,
quaes corporis humani partes, comprehendendatur mem-
bri nomine: idem author ex communis sententia subiungit
comprehendi illas corporis partes, quæ officium dis-
tinguitur habent, ut oculus habet officium videndi, pes
gradienti, auris audiendi, manus palpandi, naris odori-
andi, lingua loquendi. Quod quidem consentaneum
est non modo philosophis, quæ cuique membro pro-
prium actum attribuit: sed etiam sacris literis: ex illo D.
Pauli ad Rom. 12. Omnia membra non eundem actum
habent.] Neque audiendum esse Caetanus. 2. 2. quistio
65. artic. 1. (cui tamen assentitur Sotus lib. 5. De iustitia &
iure, quistio. 2. artic. 1.) cum vult comprehendendi quoque
partes eas, quæ non habent quidem per se officium dis-
tinguebantur, atramen haberentibus ferunt opem in officio
suo exequendo: ut digitus, manus: dens, lingua: & a-
lia alia: Nauarrus in Enchirid. cap. 27. num. 206. ostendit
tum aliunde, tum ex eo quod aliqui non modo di-
gitus exenti gracia: sed etiam pars digitii, cum hæc ma-
num quoque adiuuerit in suo officio, membrum dici de-
beret, quod neque Caetanus dixerit: Item quod ex lege
Idem Officius, ff. De ædilitio editio, habeatur, illum cui
absclusus est vñus digiti, æquiparati ei, cui aliiquid mem-
bris est laceratum.

De aliis vero partibus quæ homini tantum ad cunctum aut tutelam membrorum sunt attributæ, ut capilli, vngues, & auricula, multo minus rationi consentaneum est comprehendendi eodem memtri nomine, ut de auricula Couati expressit; asserens ex eo aliquem non fieri irregularē, quod alteri illam abscedere. Expressit quoque de mammilla feminā; sed cum illius, perinde ac oculi sit proprium officium, aliter videtur sentendum.

Si quis opponat his: quod regula generalis sit: Eum irregularē fieri qui alium reddit irregularē: sicut redere potest per abscessionem digitī, vel auricula, vt patet ex præced. cap. 5. sect. 2. occurrentē est, eam regulam falām esse: quod Nauar. *in sequen. num. 209.* ex eo confirmat, quod generans filium extra matrimonium, faciat ipsum irregularē ex capit. I. De filiis Presbyterorum: non ramen ideo ipse est irregularis. Adde quod abscedens alteri digitū, reddit ipsum irregularē, ob deformitatem, vel impedimentum ministrandi in altari: non ramen ex eo, ipse fiat irregularis, quemadmodum habet Couar.